

CENTRE FOR MEDIEVAL STUDIES

UNIVERSITY OF TORONTO

Level One Medieval Latin Examination

DRAFT NEW FORMAT, based on Sep 2021 exam

.....

Translate **THREE** of the following four passages, and answer **all** questions following each of the passages you translate. The translations are all of equal weight and account for 75% of the total grade. The questions on grammar and syntax account for the remaining 25% of the total grade. The use of dictionaries is **NOT** permitted. Please write on alternate lines, on one side of the paper only. **DO NOT USE PENCIL.**

.....

1. The writings of Pope Gregory the Great, and the efforts of Peter the Deacon to prevent them from being burnt. (Translation: 25 points)

Gregorius, natione Romanus, monachus et abbas, papa Romanae Ecclesiae, multa scripsit. Primam et ultimam partem Ezechielis prophetae, quae obscuriores erant, exposuit homelitico sermone. Librum Dialogorum, quem cum Petro diacono suo de miraculis sanctorum sui temporis habuit, Teudelindae Longobardorum reginae pro munere misit. Epistolarum tot libros posteris reliquit quot annos in papatu vixit, id est tredecim et semis. Scripsit et alia quae a Romanis post mortem ejus combusta sunt, qui et omnia opera ejus combussissent, nisi Petrus, diaconus ejus, interveniens confirmasset jurejurando se vidisse Spiritum sanctum quasi columbam super caput Gregorii tractantis sedentem, rostrum suum ori illius inserentem; et hoc ipsum Petrus hac conditione fecit, ut si ipse post factum jusjurandum statim moreretur, Romani a libris Gregorii comburendis cessarent; si non moreretur, ipse etiam combustoribus librorum manus daret. Sic Petrus inter verba juramenti exspiravit, et Romanorum insania cessavit.

- a. *reginae*: State (1 point) and account for (1 point) the case of this word
- b. *qui*: Identify the antecedent of this word (1 point)
- c. *combussissent*: Parse fully (give person, number, tense, mood, voice) (3 points). Account fully for the form (2 points).
- d. *comburendis*: What part of the verb is this? (1 point)

2. The Dangers of the Sirens and the World (translation: 25 points)

Isaias propheta dicit: Sirena et daemona saltabunt in Babylonia.

Sirenae animalia sunt mortifera quae a capite usque ad umbilicum figuram hominis habent, extrema uero pars usque ad pedes uolatilis habent figuram. Et musicum quoddam ac dulcissimum melodiae carmen canunt, ita ut per suauitatem uocis auditus hominum a longe nauigantium mulceant et ad se trahant, ac nimia suauitate modulationis proluxae aures ac sensus eorum delenientes in somnum uertunt. Tunc deinde, cum uiderint eos grauissimo somno sopitos, inuadunt eos et dilaniant carnes eorum, ac sic persuasionis uocis ignaros et insipientes homines decipiunt et mortificant sibi.

Sic igitur et illi decipiuntur qui deliciis huius saeculi et pompis et theatralibus uoluptatibus delectantur, tragediis ac diuersis musicis melodiis dissoluti, et uelut grauati somno sopiti efficiuntur aduersariorum praeda.

a. *trahant*: Parse fully (give person, number, tense, mood, voice) (3 points). Account fully for the form (2 points).

b. *homines*: Give the case (1 point)

c. *deliciis*: State (1 point) and account for the case (1 point) of this word

3. Is Saint Alban English or British? (translation: 25 points)

Inter rosas martyrum rutilat insigniter noster Albanus. Confidenter dico “nostrum,” calumpnias Britonum non formidans. “Quod uobis,” inquit, “et Britoni Albano est? Angli estis. Patres uestri gentem eius exterminauerunt, locum eius cum corpore occupauerunt, et uos in peccato patrum uestrorum perseueratis usque ad diem hanc. An ideo ‘uestrum’ dicitis, quia captiuum tenetis?” Immo, nobis Anglis et egregio martiri multum per omnem modum est. Quid autem illi et uobis est, o Britones? Offensus peccatis gentis sue, que iam usque ad celum peruenerant, transiuit ad Anglos atque, ut ita dictum, ex Britone Anglus, ex uestro noster factus est. Quod si inde gloriandum putatis, quia uester secundum carnem, hanc gloriationem inanem ostendit qui ait: “Caro non prodest quicquam.” Ergo, ut dixi, inter rosas martyrum insigniter rutilat noster Albanus et candet inter lilia.

- a. *calumpnias*, *egregio*, *que*: The medieval orthography has been preserved here: give the words as they would appear in a classical Latin text (3 points)
- b. *perseueratis*: Parse fully (give person, number, tense, mood, voice) (3 points)
- c. *carnem*: state (1 point) and account for the case of (1 point) this word